DE TRANSACTIONIBUS

TRACTATUS

ROMANO, CANONICO, HISPANO,

PRACTICUS.

A B. D. IOS. MARIANO MENDEZ & CORDERO.

DEFENDENDUS

Sub disciplina

D. D. EMMANUELIS ANGEL DE TOLEDO

Iur. utriusq. Prof.



GUATEMALAE.

M.DCCC.II.

Oportet non nihil cedere, ac remittere,
Ne videamur cupidi litium esse.

Demosthen: apud Valer.




PRÆDICA PSALTERIVM



BEATISSIMAE VIRGINI MARIAE,

HUMANI GENERIS MATRI,

OMNIUMQUE MORTALIUM SOLATIO,

QUAE SUB GLORIOSO TIT. *DEL ROSARIO*

VICTORIAM A TURCIS

CHRISTIANOS PRINCIPES REPORTARE

SEMEL, ATQ. ITERUM FECIT

TOTIUS ORBIS PLAUSU.

IOS. MARIANUS MENDEZ & CORDERO,

TRIDENTINI ALUMNUS

PRO BACC. GRADU IN IUR. CIVIL.

HAS IURIS THESES

C.

CAP. I.

DE NATURA ET PROPRIETATIBUS TRANSACTIONIS.

Ex lib. Dig.	Cod. Inst.		Decrt.	Part. Cast.
L. 1. lib. 2. tit. 15.	L. 2. et 38. lib. 2. tit. 4.	§ 1. Transigere nihil aliud est, quam rem dubiam, aut litigiosam consensu partium terminare aliquo dato, retento, vel promisso.	Cap. 7. lib. 1. t. 36.	Arg. 22. t. p. 7. gl. 1.
ead. l.	dd. ll.	§. 2. Transactio, igitur, est non gratuita rei dubiae decisio facta conventione partium.	d. cap.	arg. d.
Ead l. et 8. §. 3. eod.	dd. ll. et 11. eod.	§ 3. Ergò non de quovis negotio transigere licet: sed de re tantum de qua aut lis fit, aut timetur, aut aliunde dubia est.	d. cap.	d. 1.
d. l. 1.		§ 4. In quo quidem transactio differt á pacto: illa namque sempèr de re dubia; hoc plerumque de re certa fit.		
d. L. 1.	d. l. 38.	§ 5. Quin etiam differunt, quod pactum sempèr; transactio numquam gratis fit.		
d. l.	d. l.	§. 6. Nam qui pasciscitur rem cer-		

tam et indubitatam ex liberalitate remittit.

§. 7.

l. l. d. l. Qui veró transigit non alitèr lîtem, aut quaestionem deserit, nisi aliquid eo nomine aut accipiat, aut retineat, aut ei promittatur: uno verbo Arg. d. cap. Arg. d. l.

§. 8.

d. l. d. l. Nullo dato, vel retento, seu promisso, transactio non procedit.

§. 9.

L. 2. et 26. § fin. lib. 12. t. 2. In quo etìam differt à jurejurando, quod gratuìto interponitur.

§. 10.

Differt etiam, quod transactio à libero partium consensu perpetuò procedit.

§. 11.

L. 38. eod. Iuramentum etiam ab invito exigitur. Cap. fin. lib. 2. t. 24. L. 2. tit. 11. p. 3.

§. 12.

L. 83, §. 1. lib. 45. t. 1. A sententia quoque, et re iudicata distinguitur, quod haec in invitum fertur, illa inter volentes dumtaxat locum habet.

CAP. II.

QUIBUS MODIS TRANSACTIO FIAT.

§. 1.

L. 2. lib. 2. t. 15. L. 28. et 33. eod. Transactio aut nudo pacto, aut stipulatione fit. L. 3 6. p.

§. 2.

L. 19. eod. Primo modo, nec tollit ipso jure, nec parit actionem.

§. 3.

d. l. Benè tamèn favore rei exceptionem.

§ 4.

d. l. 33. Stipulatione verò facta, et actionem, et excepcionem producît. d. l. 3

§ 5.

Iure tamen pontificio, et regio tam pacto, quam stipulatione concepta, sicut obligationem, ita et actionem efficacem parit. Cap. 1. lib. 1. t. 35. L. 2. 16. lib rec.

§. 6.

d. l. 33. Fit etìam transactio per contractum innominatum: quoties ea legè datur quid, aut recipitur, aut fit, ut á lite, vel controversia discedatur. L. 3. t. p. 5.

§. 7.

d. l. Quo casu, ei, qui dedit, aut fecit, competit actio praescriptis verbis contra eum, qui renuit stare promissis. d, l.

§. 8.

l. l. 2. Item fieri potest transactio per stipulationem aquilianam, sequta acceptilatione.

§. 9.

Huiusmodi autem, transigendi forma, utpotè juris gentium simplicitati repugnans, meritò in desuetudinem abiit. L. 2. t. 16. lib. 5. rec.

§. 10.

L. 15. eod. L. 37. eod § 7. t. 16. lib. 3. Inst. Fit quoque, idque consultius, transactio stipulatione poenali: poena videlicet adjecta contra discedentem á transactione. L. 40. t. 11. P. 5.

§. 11.

L. 10. §. 1. líb. 2. t. 14. L. 14. t. 3. lib. 2. Quo casu, si qui aliquid accepit, ut litem desereret, ipsam velit instaurare, liberum erit alteri, aut exceptione sé tueri, aut poenam exigere. L. 34. eod.

§ 12.

L. 16. Lib 2. t. 15. L. 17. lib. 2. t. 4. Utrumque verò simul haud petere potest; nisi quando, aut expressím convenit, ut rato manente pacto, poena insupèr d. l. p. d. l. Rec.

solvatur.

§. 13.

L. 41. lib. 2. tit. 4. Aut transactioni juramentum apponatur: tunc enim in odium perjurii, ille cuius interest utrumque consequi potest.

§. 14.

Ac insupèr, renuens stare promissis quadruplici poena mulctatur, infamia, amissione poenae impositae, actionis, atque rei acceptae restitutione. L. 4. t. 6. p. 7. l. 1. t. 17. lib. 8. R. C.

§. 15.

Transactio deniquè fieri potest die, ac nocte: et purè, L. 28. eod. et sub conditione: tám verbis generalibus, quàm specialibus: in judicio, et extra: in scriptis, et sine scriptura.

§ 16.

Consultius tamèn ad scripturam coram tabellione redigitur; ut et facilius probetur, et difficilius rumpatur, cum paratam habeat executionem. L. 4. t. 21. lib. 4. R.

CAP. III.

QUI TRANSIGERE POSSINT.

§. 1.

Arg. l. 43. §. 1. lib. 3. Quoniam transactio de gene- L. 4. t. 11. p. 5.

3.l. 28. 2. lib. t.6. re prohibitorum est, hi omnes transigere possunt, qui nec natura, nec jure prohibentur.

§. 2

5. de iur. §.8.et10. lib.3. t. 20. Inst. Et quidem infantes, dementes, furiosi à natura d. l.

§. 3.

l. 5. 40.de iur. d. § 9. Pupillus sine tutore; minor, et prodigus sine curatore; procurator specialis, et ad lites sine mandato Cap. 4. de Pro cur in 6. d. l. 4. et 5. l. 7. t. 14. p.5. l. 19. t. 5. p. 3.

§. 4.

58. . 3.t. Verbo: qui liberam non habent rerum suarum administrationem à iure prohibentur transigere. d. cap. d. l. 7.

§. 5.

l. 58. L. 21. lib. 4. t. 35. E contra verò, quotquot suorum, aliorumve liberam bonorum administrationem habent rectè transigunt. d. cap. 4. d. l. 7.

§. 6.

L.3.lib. 2. t. 22. Id circo minor sine curatore constitutus transigere potest. L. 25. t. 4. p. 3.

§. 7.

d. l 3. Quamquam si ex transactione intra legitimum tempus sè laesum probaverit restituetur. d. l. 25.

§. 8.

d. l. 58. Eadem etiam ratione procuratores generales cum libera, d. Cap. 4. d. L. 7.

§. 9.

L. 56. §. 4. lib. 47. t. 2. Tutores, et curatores de rebus mobilibus pupilli, et minoris transigere possunt. Arg. l. 12. t. 14. p. 7.

§. 10.

L. 4. lib. 5. t. 71. L. 22. lib. 5. t. 37. De rebus veró immobilibus, atque pretiosis, vi transactionis in alium transferendis, non alitèr transactio substinetur, quam si decreto judicis roborata sit. L. 4. t. 5. p. 5. l. 18 t. 16. p. 6.

§. 11.

Arg. l. 10. lib. 2. t. 15. l. 4. §. fin. lib. 44. t. 4. L. fin. lib. 6. t. 61. §. 1. lib. 2. t. 9. inst. Parentes quoque, de filiorum, quos in potestate habeant, bonis, non modò profectitiis. L. 5. t. 17. p. 4. l. 24. t. 13. p. 5. et ib. Gr. L. n. 5.

§. 12.

dd. ll. dd. tex. Verum etiam adventitiis: idque maximè si fructuarii sint, transigere, justa de causa possunt. dd. ll.

§. 13.

dd. ll. dd. tex. Quamquam immobilia sint, atque pretiosa, quin judicis decreto opus sit. dd. ll.

§. 14.

L. 10. lib. d. §. 1. Circa bona verò filiorum L. 6. t.

9. t. 17. Inst. l. 3. lib. 12. t. 37. castrensia, aut quasi castrensia nulla parentibus transigendi facultas data est. 17. p. 4

§. 15.

Cap. uni. lib. 2. tit. 43. Feud. Vazallus tamdém, etiam in praejudicium domini de re feudali transigere valet, dummodo bona fide, non minuendi, sed decidendi causa ad transactionem procedat. Greg. in l. 10. t. 26. p. 4. q. 45.

CAP. IV.

DE QUIBUS REBUS TRANSIGERE LICEAT.

§. 1.

. 1. lib. . t. 15. L. 2. t. 4. lib. 2. De re dubia tantùm, aut litigiosa, eaque privata de qua, aut lis est, aut timetur, transigi potest. Arg cap. fin. lib. 1. t. 36. L. 34. t. 14. p. 5.

§. 2.

. l. d. l. Hinc transactio de re certa, et indubitata, nullas vires habet. arg. d. cap. d. l.

§. 3. *al frente. ojo.*

. 23. §. . lib. 12 6. L. 32. eod. Eaque proptèr transactio de re judicata facta non valet. arg. d. cap. arg. d. l. et 19. t. 22. p. 3.

§. 4.

. l. arg. d. l. Si nimirum sententia jure subsistat, et in vim rei judicatae transierit. arg. dd. ll.

§. 5.

d. l. et 7. lib. 2. t. 15. arg. d. l. — arg. dd. ll.

Alioquin, si aut sententia nulla sit, aut quamvis valida appellatio, suplicatiove sit interposita, aut interponi queat, locus est transactioni.

§. 6.

d. l. 23. et l. 11. lib. 2. t. 15. — arg. dd. l. et 24. lib. 4. t. 21. R.

Ac generaliter, quoties in dubium vocari possit nùm sententia lata, nùm valida, nùm appellabilis sit, necne, transactio locum habet.

§. 7.

dd. ll. d. l. — dd. ll.

o/o. In tantúm ergo verum est de re judicata transigi non posse, cum sententia, nullo remedio ordinario, extraordinariove, attentari potest.

§. 8.

Es p.ª lex practica — l. 5. 4. 5E. R. C. 5. dias en autos cosa ju la sent

Quod quiden tùm demùm fit, cùm partibus hinc inde citatis pro transacta in rem judicatam declaratur à judice.

§. 9.

Super instrumento insuper paratam executionem habente, quoniam adinstar rei iu-

C di-

o/o En la sentencia delos arbitros, tiene lugar la [...]cion, aunq.e sea pasada en autoridad de cosa ju[...] p.ª la ley 4. t. 25. R. C.

dicatae habetur, transigi non potest.

§. 10.

Nisi dubium aliquod factum concernens emergat.

§. 11.

L. 2. et 31. lib. 12. t. 2. l. 1. lib. 42. t. 2. — L. 5. t. 11. p. 3. et L. 5. t. 21. lib. 4. recop.

Idem, et propter eamdem rationem, de re iurejurando, aut confessione iudiciali, decissa, dicendum est.

§. 12.

L. 71. §. 1. lib. 35. t. 1. — Cap. fin. lib. 1. t. 36. — L. 8. t. 10. p. 4.

Nec super causa matrimoniali transactio admittitur, nisi matrimonii conservandi gratia, interponatur.

§. 13.

L. 3. cum sequent. lib. 2. t. 4. — L. 102. t. 18. p. 3. l. 30. t. 11. p. 5.

De aliis veró actionibus, tàm realibus, qùam personalibus, immó et praejudicialibus transigere permissum est.

§. 14.

L. 56. §. 1. lib. 7. t. 2. — L. 13. lib. 6. t. 2.

Atque de illis etiam, quae ex maleficio nascuntur.

§. 15.

L. 56. §. 1. lib. 7. t. 2. — L. 13. lib. 6. t. 2. — Cap. 25. §. 3. lib. 2. t. 24. — L. 2. t. 10. l. 38. t. 11. p. 5.

Dummodo civiliter intententur, et de praeteritis quaestio sit.

§. 16.

L. 7. et 27. §. 3. lib. 2. t. 14. L. 18. lib. 2. t. 4.

Nam de futuro crimine transactio etiam iuramento vallata non tenet. d. cap.

§. 17.

L. 18. lib. 2. t. 4.

De criminibus, siquidem, quae poenam sanguinis non ingerunt, transigere nefás est, citra falci acusationem.

L. 22. t. 1. p. 7. et. l. 10 t. 24. lib. 8. recop.

§. 18.

d. l.

De capitalibus, veró, excepto adulterio, permissa transactio est.

d. l. 22.

§. 19.

L. 2. lib. 47. t. 13.

Et reo quidem, omni tempore; actori non item, nisi incepta accusatione.

§. 20.

L. 6. lib. 2, t. 15.

De controversiis etiam, quae ex testamento profisciscuntur, non alitèr transigere permissum, quam inspectis, cognitisve testamenti tabulis.

L. 1. t. 2. p. 6. l. 25. t. 11. p. 3.

§. 21.

L. 6. lib. 2. t. 15. et l. 27. R. iur.

Alitèr facta transactio viribus caret, etiamsi á partibus inspectioni renuntiatum fuerit.

L. 28. t. 11. p. 3.

§. 22.

d. l. — Immò etsi renuntiationi iuramentum accedat. — d. l. 25.

§. 23.

Quamquam aliud de jure canonico dicendum sit. — Cap. 28. lib. 2. t. 24. Cap. 2. de pac. in 6.

§. 24.

L. 8. lib. 2. t. 15. — L. 8. lib. 2. t. 4. — De alimentis verò [redacted] testamento relictis, etiam inspectis tabulis transigere non licet absque iudicis autoritate.

§. 25.

L. 4. lib. 8. t. 51. — Postremò, transigi nequit super hereditate viventis. — L. 8. t. 29. p. 2.

§. 26.

Nec de re spirituali, vel spirituali annexa, maximè temporalitate aliqua interveniente. — Cap. 9. lib. 1. tit. 36. — L. 8. t. 10. p. 4.

§ 27.

Hinc non valet transactio, supèr iure presentandi facta. — d. cap. — arg. d. l.

§ 28.

Nec super exemptione, aut subiectione spirituali celebrata. — Cap. 10. eod.

§. 29.

Nec supèr benefiicio ecclesiastico absque superioris autoritate inita. — Cap. 7. eod.

§. 30.

Quamvis iure iurando roborata sit. Cap. 4. eod.

§. 31.

o/o. Nec quae super iure decimandi fit inter laicum, et clericum, nisi auctoritate Episcopi accedente. Cap. 2. eod. arg. l. 8. t. 20. p. 1

§. 32.

Nec quae á Praelato, vel Capitulo, sine alterutrius consensu, aut ratihabitione celebratur. Cap. 3. eod.

CAP. V.

DE VI, EFFECTU, ET UTILITATE TRANSACTIONIS

§. 1.

L. 16. lib. 2. t. 4. Ea est transactionis vis, ut semel facta, nec rescripto Principis retractari queat. Cap. 11. lib. 1. t. 43. arg. l. 5 t. 24. 3.

§. 2.

L. 35. R. iur. L. 14. eod. Nisi de mutuo transigentium consensu, idque re integra.

§. 3.

L. 39. eod. Unius verò poenitentia, re quamtumvis integra non dissolvivur. L. 2. 16. lib.

o/o
La ley 2. t. 14. p. 5. dice q. las cosas donadas p.a e
ipse á la Yglecia, ni con las solemnidades de
pero como es dispocision civil, no tiene luga
el dro. Canonico, y asi dice el Cap. 50. de Constit.
Decretales.

§. 4.

L. 19. eod.

Sicut nec ob instrumenta denuò reperta, quibus, nullam praecessise constet obligationem.

§. 5.

L. 65. § 1. lib. 12 tt 6. — L. 23. eod.

Indebitum, siquidem, transactionis causa solutum non repetitur. L. 34. t. 14. p. 5.

§. 6.

Ergó multó minùs ob laessionem enormem rescindetur. d. l.

§ 7.

L. 20. eod.

Transactio, namque, communem ferè causam cum re iudicata habet.

§. 8.

L. 11 §. 3. et 4. lib. 4. t. 4. — L. 4. et. 5 l. 2. t. 22.

At veró si laessionem allègans in minori aetate constitutus sit, non alitèr transactio retractabitur, quàm si aetatem simul, et laessionem, atque iudicii imbecillitatem ostendat. o/p. — L. 4. t. 14. p. 3. et l. fin. t. 25. eod. l. 2. et. 6. t. 19. p. 6.

§. 9.

Auth. Sacram. pub. lib. 2. t. 28.

Atque insuper constet non intervenisse iuramentum. d. l. 6.

o/p. l. 6. t. 19. p. 6. dice q. solo 2. cosas deve probar el menor.

§. 10.

d. Auth Hoc, namque, intercedente contra transactionem venire nèfas est. d. l.

§. 11.

L. 41. lib. 2. t. 4. Adeò, ut maiores transactiones iuratas impugnantes quadruplici poena mulctentur. L. 4. t. 6. p. 7.

§. 12.

d. l. Infamia videlicet, amissione actionis, ac poenae conventae solutione, et rei proprietate. d. l.

§. 13.

d. Auth. Iuramentum, enim, non modò transactionem validam confirmat; d. l. 6.

§. 14.

Sed et iure Canonico, firmat invalidam. Cap. 28. lib. 2. t. 24. c. 2. de pac. t. in 6.

§. 15.

L. 42. lib. 2. t. 4. Transactio verò, cui falsa instrumenta causam dederunt, non minùs, quám res iudicata retractari potest. L. 33. t. 14. p. 5.

§ 16.

L. 4. et 19. eod. Dolo, tamèn, malo inita, quamvis rescindi valeat, mero iure tenet. d. l. et 30. t. 21. p. 5.

§ 17.

L. 9. §. 3. lib 2. t. 15. L. 31. eod. Transactio denique, quamquam huius clausulae generalitate concepta: *omnia esse transacta, et terminata*, non nisi ad ea, quae specialiter deducta sunt extenditur.

§. 18.

d. L. et. 15. eod. Numquàm enim, transactio quamtumvis generalis trahenda est ad res, vel causas, de quibus inter transigentes, nec actum fuit, nec cogitatum.

§. 19.

L. 29. eod. Nisi huiusmodi clausula, in transactione supèr petitione generali apponatur.

§. 20.

In qua certum est veníre species post repertas ad idem genus pertinentes.

§. 21.

Vel nisi ex ipsius clausulae tenore, aliisve circunstantiis colligi possit, de universis quaestionibus à transigentibus fuisse cogitatum.

§. 22.

Tunc enim generalis decissio

generalem quòque recipit interpraetationem: ne quae litis materia supersit inter transigentes, qui non á lite tantùm, verùm ab omni litis metu discedere voluisse credatur.

§. 23.

Et en praecipuam transactionis utilitatem: extinctio videlicet litium.

§. 24.

L. 20. lib. 2. t. 4. Propter quòd non minorem, quam res iudicata auctoritatem habere dicitur.

§. 25.

d. l. Quin potius, communem cum illa, et iureiurando causam habet, in impediendis litibus imminentibus, vel iam motis dirimendis. Cap. 1. lib. 2. t. 3. in 6.

§. 26.

L. 21. lib. 12. t. 1. L. 13. lib. 3. t. 1. Meritó, igitur, et nostris, et Romanorum legibus, sacroque canonum iure passim commendatur. Cap. 1. lib. 1. t. 36 Cap. 5. lib. 2. t. 14. L. 12. 4. p.

§. 27.

d. l. d. l. Quippè qua, et litigantium dd. cap. d. l.

sumptibus parcitur; et privatorum concordiae, publicaeque utilitati consulitur.

§. 28.

Ut desiderari admodum sit causarum Judicibus, ac Patronis, summoperé curae, et cordi esse litigantes ad concordiam et amicabilem compositionem adhortari.

§. 29.

Quandoquidem satius, immò longè utilius esse, quomodolibet transigere, quam ancipitem iudiciorum aleam subire, adeò experientia monstravit, ut in proverbium abierit; que *vale mas una mala transaccion, que un buen pleito.*

FINIS.

Imprimatur.
Dr. Garcia Rector.